MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80118-8

MICROFILMED 1991

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

JUVENALIS, DECIMUS J.

TITLE:

SATIRA JUVENALIS QUARTA...

PLACE:

HOLMIAE

DATE:

1860

Master Negative #

91-80118-8

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

87J97
DZ6
v.2

1860
Lat. & Sw.

Juvenalis, Decimus Junius.
Satira Juvenalis quarta suethicis versibus expressa. Dissertatio academica, quam ... p.p. Carolus Joannes Tengman ... Holmiæ, officina typograph. E. Westrelii, 1860.
11 p. 22½ cm.

Tengman's thesis. Upsala.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 MM REDUCTION RATIO: 12X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 7/2/91 INITIALS S.M
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT





AIIM

Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202







MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

No. 3

SATIRA JUVENALIS QUARTA

SUETHICIS VERSIBUS EXPRESSA.

DISSERTATIO ACADEMICA,

QUAM

VENIA AMPL. FACULT. PHILOS. UPSAL.

PRO GRADU PHILOSOPHICO

P. P.

CAROLUS JOANNES TENGMAN
VESTM. DAL.

IN AUDITORIO GUSTAV. A. D. XIV KAL. JUN. MDCCCLX.

H. A. M. S.

HOLMIÆ,
OFFICINA TYPOGRAPH. E. WESTRELII.
MDCCCLX.

De laude, quæ tribuenda sit satiris Juvenalis, varie est a viris doctis judicatum. Alii enim hujus poetæ tanti fuerunt admiratores, ut etiam Horatio eum præferre non dubitarint, quum contra alii inanem potius declamatorem quam poetam eo nomine dignum fuisse contenderint. Neque tamen nos ii sumus, qui de hac re judicare audeamus, quare, si quis in hanc rem diligentius inquirere volet, Heinrichium, Völkerum, alios adeat. Sed hoc nemo facile negaverit, Juvenalem in satiris suis, licet concedendum sit, eum res interdum verbis auxisse et indignationi nimis indulsisse, tamen omnino præclaram ætatis suæ imaginem expressisse. Itaque si velimus cognoscere, qualis vita communis apud Romanos temporibus illis fuerit, illum potissimum ducem sequi oportet. Quod quum in universum valeat, tum sane ad tempora Domitiani cognoscenda plurimum Juvenalis lectio confert. Hunc enim imperatorem videtur quasi delegisse poeta, in quo satiras scribendi facultatem ostenderit, quemque acerbissimis suis versibus posteritati irridendum traderet. Non opus est statuere, poetam hac Domitiani insectatione ob exsilium sibi impositum, de quo non satis constat, poenas ab eo repetere voluisse, sed facile intelligi potest foeditatem Domitiani non potuisse non poetæ vehementissimam indignationem movere. Hinc natum est illud satiris eum exagitandi consilium, quod, vivo eo dilatum, post cædem ejus perfectum est, et ita quidem, ut nullum fore principis vitium poetæ castigationem effugerit. Videmus eum exagitasse simulatam ab imperatore morum curam[1]),

[1]) Vide Sat. II.

quam ille omnibus sceleribus ipse contaminatus gravissimis edictis præ se tulerit, videmus eum conquestum esse de tristi artium liberalium conditione regnante illo, qui earum cultores nullo in honore haberet, gratiamque summam indignis histrionibus præstaret [1]). Præcipue tamen in satira quarta Juvenalis Domitianum insectatur, ubi quum omnino ingenium ejus ad omnem et sævitiam et neqvitiam pronum acerbissime notat, tum singulis versibus insolentiam ejus ac superbiam lepide irridet [2]). Et ostendit quidem hic poeta, quam voluptatibus fuerit deditus Domitianus, quam adulationis studiosus, quam indignis hominibus faverit, denique — quod pessimum — quam sævus in bonos exstiterit. Et sane ex hac satira plane est apertum, quam indigna fuerit conditio senatus, quum imperator nisi vilissimorum hominum consilia non audiret, eosque, qui virtute aut nobilitate pollerent omni modo vexaret. Quo factum, ut præ timore nemo ei quidquam bonum aut utile, quod modo posset ei displicere, suadere auderet, plurimi vero ad adulandi foeditatem delaberentur.

Quod si homines, quos in hac satira poeta induxit, quales fuerint, inspiciemus, primo occurint nobis delatores pessimum hominum genus, quod apud Domitianum, ut erat ille natura ad suspicionem pronus, plurimum valebat. In eo numero sunt Palfurius Sura [3]), Armillatus, Pompejus et ante omnes Catullus [4]). Deinde reperiemus eos, qui luxuria et adulatione in familiaritatem Cæsaris se insinuaverunt, Crispinum [1]) dico, Rubrium [2]), Montanum [3]) denique Vejentonem [4]), adulatorum omnium foedissimum. Adsunt etiam viri natura satis honesti, qui obsequio a sævitia imperatoris tuti esse studebant, cujus generis sunt Pegasus [5]), Vibius Crispus [6]), Corn. Fuscus [7]) duoque Glabriones [8]).

---

[1]) Vide Sat. VII.

[2]) Cfr. vocabula illa, quibus per irrisionem Domitianum, principem illum potentia tumidissimum designat: v. 29 endoperatorem, 46 potifici summo, 65 Atriden, 145 dux magnus. Cfr. etiam v. 71,96, Domitianum enim deum dominumque appellari se volebat. Tum v. 73—75 et ad h. l. Plin. Pan. 85 § 12, Suet. Dom. 11.

[3]) »Palfurius Sura, consularis viri filius in agone cum virgine Lacedæmonia sub Nerone luctatus est. Post inde a Vespasiano senatu motus transivit ad Stoicam sectam, in qua quum prævaleret et eloquentia et artis poeticæ gloria, abusus familiaritate Domitiani acerbissime partes delationis exercuit; quo interfecto senatu accusante damnatus est, quum fuissent inter delatores potentes apud Domitianum hi, Armillatus, etc. Schol.

[4]) Intra Albanam arcem sententia Messalini strepebat. Tac. Agric. 45. Cfr. etiam Plin. Ep. IV, 22 § 49.

[1]) Crispinus inter familiares Domitiani amicos fuit, verna Aegyptius præfectus prætorio factus. —

[2]) De Rubrio vide infra.

[3]) De Montano nihil certe constat praeter ea, quae Juvenalis commemorat.

[4]) Fabricius Vejento crimine conflictatus est, quod multa et probrosa in patres et sacerdotes composuisset iis libris, quibus nomen codicillorum dederat. Adjiciebat Talius Geminus accusator, vendita ab eo munera principis et adipiscendorum honorum jus. Nero convictum Vejentonem Italia depulit et libros exuri jussit. Tac. Ann. XIV, 50.

[5]) Juris studio gloriam memoriæ meruit, ut liber vulgo non homo diceretur. Hic functus omni honore, quum provinciis plurimis præfuisset, urbis curam administravit: hinc est Pegasianum SCtum. Schol.

[6]) Tacitus tamen in Hist. II, 10 dicit: Vibius Crispus pecunia, potentia, ingenio inter claros magis, quam inter bonos. Cfr. Suet. Dom. 3, Quint. Inst. Or. X, 1, 119.

[7]) Cornelius Fuscus, præfectus praetorio cum exercitu a Dacis interfectus est. Cfr. Suet. Dom. 10.

[8]) De Glabrione juvene cfr. Suet. Dom. 10.

Ecce iterum Crispinus, et est mihi saepe vocandus
Ad partes, monstrum nulla virtute redemptum
A vitiis, aeger solaque libidine fortis.
Delicias viduae tantum aspernatur adulter.
Quid refert igitur, quantis iumenta fatiget
Porticibus, quanta nemorum vectetur in umbra,
Iugera quot vicina foro, quas emerit aedes?
Nemo malus felix, minime corruptor et idem
Incestus, cum quo nuper vittata iacebat
Sanguine adhuc vivo terram subitura sacerdos.
Sed nunc de factis levioribus: et tamen alter
Si fecisset idem, caderet sub iudice morum.
Nam quod turpe bonis, Titio Seioque, decebat
Crispinum. Quid agas, quum dira et foedior omni
Crimine persona est? Mullum sex millibus emit.
Aequantem sane paribus sestertia libris,
Ut perhibent, qui de magnis maiora loquuntur.
Consilium laudo artificis, si munere tanto
Praecipuam in tabulis ceram senis abstulit orbi.
Est ratio ulterior, magnae si misit amicae
Quae vehitur clauso latis specularibus antro.
Nil tale exspectes: emit sibi. Multa videmus,
Quae miser et frugi non fecit Apicius. Hoc tu,
Succinctus patria quondam, Crispine, papyro!
Hoc pretium squamae! Potuit fortasse minoris
Piscator, quam piscis, emi. Provincia tanti
Vendit agros: sed maiores Appulia vendit.
Quales tunc epulas ipsum glutisse putemus
Induperatorem, quum tot sestertia, partem
Exiguam et modicae sumptam de margine coenae,

Se Crispinus igen! Ja! Ofta han måste på scenen
Fram. Han en styggelse är och har ej en dygd att försona
Lasternas mängd, förslöad och blott i lustan en hjelte.
Blott ogifta försmår han att älska, men hustrur förleder.
Hvad betyder det då, om i väldiga pelaregångar
Spannet han tröttar, och bäres omkring i skuggiga löfhvalf,
Om tomtvidder han köpt och gårdar vid torget i mångtal?
Ingen, som syndar, är säll och minst förförarn, som äfven
Helgedomskändare är; prestinnan med heliga bindlar
Nyss han slöt i sin famn. Lifslefvande bör hon begrafvas.
Nu om ringare brott må talas, och dock, om en annan
Hade detsamma begått, af censorn skulle han fällas.
Ty det, som länder till skam för en redlig, en Titius, Sejus,
Passar Crispinus. Hvad mer? Ty gräslig och värre, än hvarje
Brott, är personen ju sjelf. Sextusen han gaf för en rödfisk.
Jemt i marker dess vigt gick upp mot tusendetalen,
Så det berättas af dem, som pläga det stora förhöja.
Prisa jag skulle en plan af en skälm, om med sådan en gåfva
Efter en barnlös gubbe han fick brorslotten i arfvet.
Bättre den vore hans plan, om han sändt den till rika väninnan,
Buren i stol, som en grotta så vid, med väldiga fönster.
Vänta ej slikt! Åt sig sjelf han köpte den. Mycket ju vi se,
Som en Apicius ej tillåtit sig, tarflig och enkel.
Sådant Crispinus af dig, förr klädd i hemmets papyrus,
Så man betalar ett fjäll! Måhända med ringare kostnad
Fiskaren kunde ha köpts än fisken. För summan
Sälja provincerna gods, de största Apulien säljer.
Hvad för rätter må då vi tro ha slukats af fältherrn,
När så många sestertiers pris, en ringa beståndsdel
I ett enklare mål, på kanten af bordet serveradt,

Purpureus magni ructarit scurra Palati.
Iam princeps equitum, magna qui voce solebat
Vendere municipes fracta de merce siluros!
Incipe, Calliope, licet et considere: non est
Cantandum, res vera agitur: narrate, puellae
Pierides: prosit mihi vos dixisse puellas!
Quum iam semianimum laceraret Flavius orbem
Ultimus, et calvo serviret Roma Neroni,
Incidit Adriaci spatium admirabile rhombi
Ante domum Veneris, quam Dorica sustinet Ancon,
Implevitque sinus: neque enim minor haeserat illis,
Quos operit glacies Maeotica ruptaque tandem
Solibus effundit torpentis ad ostia Ponti,
Desidia tardos et longo frigore pingues.
Destinat hoc monstrum cymbae linique magister
Pontifici summo. Quis enim proponere talem
Aut emere auderet, quum plena et litora multo
Delatore forent? Dispersi protinus algae
Inquisitores agerent cum remige nudo,
Non dubitaturi fugitivum dicere piscem
Depastumque diu vivaria Caesaris; inde
Elapsum veterem ad dominum debere reverti,
Si quid Palfurio, si credimus Armillato,
Quidquid conspicuum pulchrumque est aequore toto,
Res fisci est, ubicumque natat. Donabitur ergo,
Ne pereat. Iam letifero cedente pruinis
Autumno, iam quartanam sperantibus aegris,
Stridebat deformis hiems praedamque recentem
Servabat: tamen hic properat, velut urgeat auster:
Utque lacus suberant, ubi, quamquam diruta, servat
Ignem Troianum et Vestam colit Alba minorem,
Obstitit intranti miratrix turba parumper.
Ut cessit, facili patuerunt cardine valvae;
Exclusi spectant admissa obsonia patres.
Itur ad Atriden. Tum Picens, Accipe, dixit,
Privatis maiora focis: genialis agatur
Iste dies: propera stomachum laxare saginis,
Et tua servatum consume in secula rhombum.

Alstrat vapörer en gång hos en narr från hofvet i purpur,
Riddarnes öfverste nu; men fordom han plägade högljudd
Sälja sitt hemlands mal; utskiftande varan minutvis!
Börja Calliope! Sitt dock lugn, ty icke är frågan
Här om en dikt, en sann tilldragelse skildras. Berätten
Pieri jungfrur! Gagne det mig, att jag kallat er jungfrur!
När af den siste bland Flaviers ätt verldskretsen föröddes
Halfdöd redan, och Roma var slaf åt skallige Nero,
Då en butta från Adrias haf af förvånande omfång
Bredvid Veneris tempel, som bärs af det Doriska Ancon,
Föll i fiskaregarn och fyllde dem sittande fast der
Stor som fisken, som täcks af Mæotiska isen, och när som
Isen af solen är bräckt, vid porten af Pontus, det stilla,
Ter sig i mängd, så trög af hvilan och fetmad af kölden.
Sådant ett underdjur åt öfverste presten bestämmer
Egarn till båt och nät, ty hvem kan våga en dylik
Föra till torgs eller köpa, då ock ju stränderna hvimla
Af angifvares hop och spejare spridde i vassen
Droge ju fiskarn på stund halfnaken att stånda för rätta,
Utan tvekan att fräckt för rymmare fisken förklara,
Hvilken, en lång tid född i Kejsarens dammar och dädan
Kommen på flykten, ju borde igen till egaren vända.
Om man Palfurius tror, om till Armillatus man lyssnar,
Är hvad präktigt och skönt, som finnes i hafvet, det vida,
Kejsarens gods, hvarhelst det än må simma; må alltså
Skänkas, om ej förverkas det skall. Re'n skadliga höston
Flydde för frosten, för sjuke var hopp om fjerdedagsfrossan,
Vintern den ruskiga tjöt och bevarade fångade fisken;
Fiskaren dock påskyndar sin färd, som tvingad af sunnan;
Då för hans fot låg sjön, der Alba, om ock i ruiner,
Vaktar den Iliska eld och tillber Vesta den mindre.
Stängde en undrande hop en stund ingången för honom,
Men när undan den vek, lätt dörren sig svängde på haken;
Fädren, som vänta vid dörren, få se den öppnas för fisken.
Till Atriden det bär. Då säger Picenarn: Emottag
Denne, som är för stor för en enskilds kök, och man fire
Dagen på festligt vis. Nu magen du vidge för fiskfärs,
Och en butta förtär till ditt århundrade sparad.

Ipse capi voluit. — Quid apertius? et tamen illi
Surgebant cristae. Nihil est, quod credere de se
Non possit, quum laudatur dis aequa potestas.
Sed deerat pisci patinae mensura. Vocantur
Ergo in consilium proceres, quos oderat ille;
In quorum facie miserae magnaeque sedebat
Pallor amicitiae. Primus, clamante Liburno:
Currite, iam sedit! rapta properabat abolla
Pegasus, attonitae positus modo villicus urbi. —
Anne aliud tunc praefecti? — Quorum optimus atque
Interpres legum sanctissimus; omnia quamquam
Temporibus diris tractanda putabat inermi
Iustitia. Venit et Crispi iucunda senectus.
Cuius erant mores, qualis facundia, mite
Ingenium. Maria ac terras populosque regenti
Quis comes utilior, si clade et peste sub illa
Saevitiam damnare et honestum afferre liceret
Consilium? Sed quid violentius aure tyranni,
Cum quo de pluviis aut aestibus aut nimboso
Vere locuturi fatum pendebat amici?
Ille igitur numquam direxit brachia contra
Torrentem, nec civis erat, qui libera posset
Verba animi proferre et vitam impendere vero.
Sic multas hiemes atque octogesima vidit
Solstitia, his armis illa quoque tutus in aula.
Proximus eiusdem properabat Acilius aevi
Cum iuvene indigo, quem mors tam saeva maneret
Et domini gladiis tam festinata: sed olim
Prodigio par est in nobilitate senectus:
Unde fit, ut malim fraterculus esse Gigantis.
Profuit ergo nihil misero, quod cominus ursos
Figebat Numidas Albana nudus arena
Venator. Quis enim iam non intelligat artes
Patricias? Quis priscum illud miratur acumen,
Brute, tuum? Facile est barbato imponere regi.
Nec melior vultu, quamvis ignobilis, ibat
Rubrius, offensae veteris reus atque tacendae.
Et tamen improbior satiram scribente cinaedo.

Fångas ville hon sjelf. — Hvad är mer tydligt? — Och likväl
Lyfte han hjessan så stolt, ty intet finnes, som ej kan
Tänka om sig en magt lik Gudarnas, när den beprisas.
Men en panna ej fanns, som rymde den väldige fisken.
Derföre kallas till råds de store, ett mål för hans hätskhet,
Som med en bleklagd kind för den höga och farliga vänskap
Röja sin fruktan. Och främst, så snart Liburnern har ropat:
Skynden, han satt sig re'n! med påslängd mantel der ilar
Pegasus tillsatt nyss som fogde för bäfvande staden. —
Säg mig, voro väl då prefekterna annat? — Den bäste
Bland dem en lagens tolk af sträng rättrådighet var han,
Fast i en skräckfull tid med den obeväpnade lagen
Råda han ville i allt. Och Crispus den treflige gubben
Sin vältalighet lik i seder och foglig till lynne.
Han, som herskare är öfver haf, öfver länder och folkslag,
Funne ej umgängesvän mer nyttig, om endast man kunnat
Grymheten tadla och ge ett ädelt råd i en skräcktid.
Men hvad grymmare finns än envåldsherskarens öra?
När med honom man talar om regn, om hetta, om vårens
Dimmor, man kan, fast vän, dock sväfva i fara för lifvet.
Derföre aldrig han lyfte sin arm för att kämpa mot strömmen,
Och ej var han den man, som djerfdes sin innersta mening
Fritt att yppa, och ville sitt lif för sanningen gifva.
Och så såg han en mängd af vintrar och åttio solstånd.
Var i ett dylikt hof dock trygg med sådana vapen.
Närmast, lika i år, Acilius skyndade åtföljd
Af en yngling så grymt för döden bestämd och så skuldfri
Och ett offer, som föll för herskarns dolkar i förtid.
Länge en ädling med grånadt hår dock varit ett under;
Derföre heldre en son af jorden jag önskade vara.
Gagnlöst blef det alltså för den arme, att Afrikas björnar
Han, af rustning ej täckt, på Albaniska circus i tvekamp
Fällde, ty hvem förstår ej nu patriciers konstgrepp?
Hvilken beundrar väl nu din forntids slughet, o Brutus!
Och den konsten är lätt en konung med skägg att bedraga.
Med ej gladare min der gick, fast icke en ädling,
Rubrius skylld för ett brott re'n gammalt, som måste förtigas,
Värre i smädelser dock än satirikern skändlig i otukt.

Montani quoque venter adest abdomine tardus,
Et matutino sudans Crispinus amomo,
Quantum vix redolent duo funera; saevior illo
Pompeius tenui iugulos aperire susurro,
Et qui vulturibus servabat viscera Dacis
Fuscus, marmorea meditatus proelia villa,
Et cum mortifero prudens Veiento Catullo,
Qui numquam visae flagrabat amore puellae,
Grande et conspicuum nostro quoque tempore monstrum!
Caecus, adulator dirusque a ponte satelles,
Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes
Blandaque devexae iactaret basia rhedae.
Nemo magis rhombum stupuit: nam plurima dixit
In laevum conversus: at illi dextra iacebat
Bellua. Sic pugnas Cilicis laudabat et ictus
Et pegma et pueros inde ad velaria raptos.
Non cedit Veiento, sed ut fanaticus oestro
Percussus, Bellona, tuo divinat et, Ingens
Omen habes, inquit, magni clarique triumphi:
Regem aliquem capies, aut de temone Britanno
Exidet Arviragus: peregrina est bellua; cernis
Erectas in terga sudes? — Hoc defuit unum
Fabricio, patriam ut rhombi memoraret et annos. —
Quidnam igitur censes? conciditur? Absit ab illo
Dedecus hoc, Montanus ait. Testa alta paretur,
Quae tenui muro spatiosum colligat orbem.
Debetur magnus patinae subitusque Prometheus.
Argillam atque rotam citius properate! Sed ex hoc
Tempore iam, Caesar, figuli tua castra sequantur.
Vicit digna viro sententia: noverat ille
Luxuriam imperii veterem noctesque Neronis
Iam medias aliamque famem, quum pulmo Falerno
Arderet. Nulli maior fuit usus edendi
Tempestate mea. Circeis nata forent, an
Lucrinum ad saxum Rutupinove edita fundo
Ostrea, callebat primo deprendere morsu:
Et semel aspecti litus dicebat echini.
Surgitur, et misso proceres exire iubentur

Äfven Montanus med buk af ister förtyngd är tillstädes,
Och Crispinus, som än af balsam från morgonen doftar
Starkt, så att knappt två lik så sprida sin lukt, och Pompejus
Grymmare än; med en hviskning så lätt han bufvuden mejar.
Fuscus derpå, som sparde sitt kött åt Daciens gamar,
Och till ett fälttåg plan uppgjorde på villan af marmor.
Sedan Vejento, den listige, följd af bödeln Catullus,
Hvilken af kärlek brann till en flicka, som aldrig han skådat,
Äfven för vår tids folk ett stort och förunderligt odjur,
Smickrare, blind, en gräslig drabant från packet på bryggan,
Värd att som tiggare gå vid en vagn på Ariciska vägen
Och att följa dess färd nedåt med en smekande slängkyss.
Buttan beundrade mer ej någon, och mycket han sade,
Vänd åt venster; likväl låg buttan till höger om honom.
Så han prisade ock Cilicierns stötar och strider
Och en theatermachin och gossar, som vräktes mot taket.
Efter Vejento ej gaf, men lik den rasande prest, som
I raseri du försatt, Bellona, han siar och säger:
Lofvande tecken du fått till en herrlig och lysande seger.
Fånga en konung du skall eller ock från Brittiska vagnen
Falla Arviragus skall. · Utlänning är djuret. Du ser, hur
Spolen som lansar stå längs ryggen. — Det felade endast,
Att Fabricius sagt båd' hem och ålder på buttan. —
Nå hvad råder du? Bör hon styckas? Nej fjerran från henne
Vara en dylik skymf! Är Montani ord. Må en panna
Göras, en rymlig och djup med nätt omslutande ringmur.
Pannan en mästare kräfver, en snar och en skicklig Prometheus,
Skaffen i hast nu ler och svarfhjul, dock ifrån denna
Stund krukmakare må åtfölja ditt läger, o Cæsar!
Seger en åsigt vann, som mannen var värdig. Han kände
Hofvets yppighet förr och Neros nattliga fester
Och nyvunnen aptit, då i lungan Falerniska vinet
Brände. På vår tid fanns ej en kännare större i matväg.
Om vid Circeji eller uppå Lucriniska klippan
Ostronen egde sitt hem, om Rutupiska kusten dem fostrat,
Sade han, fin i smak, så snart han fått dem i munnen,
Endast en blick, och straxt, förkunnade han iglarnes hemort.
Nu man reste sig upp, afskedade rådet och bjöd de

Concilio, quos Albanam dux magnus in arcem
Traxerat attonitos et festinare coactos,
Tamquam de Chattis aliquid torvisque Sygambris
Dicturus, tamquam diversis partibus orbis
Anxia praecipiti venisset epistola pinna.
Atque utinam his potius nugis tota illa dedisset
Tempora saevitiae, claras quibus abstulit urbi
Illustresque animas impune et vindice nullo!
Sed periit, postquam cerdonibus esse timendus
Coeperat: hoc nocuit Lamiarum caede madenti.

Samlade fäderne gå, som ut till Albaniska borgen
Herskaren släpat, af skräck mållöse och tvungne att skynda,
Som om han velat ett ord om Chatter och vilda Sygambrer
Säga dem, eller som om längst bort från ändan af verlden
Kommit i brådskande fart ett ängslande bref med en fjäder.
Ack att han egnat åt värf så lumpna sin grymma regerings
Tid, då han staden på män af lysande börd och förtjenster
Plundrade, utan att straff eller hämnd af någon bereddes!
Men han föll, då för packet en skräck han börjat att blifva.
Det blef döden för den, som dröp af Lamiers hjertblod.

Adnotationes.

V. 1. Manifestum est poetam hic versum 26 et sqq. satiræ primæ multo post hanc Trajano regnante scriptæ non respicere, sed vocabulo *iterum* Crispinum omnibus notum esse et sibi jam antea ludibrio fuisse significat.

— 3. Alii legunt: *ægræ solaque libidine fortes deliciæ; viduas;* sed alteram lectionem prætuli, quia deliciæ neque ægræ neque fortes bene dicuntur.

— 6. Loquitur hic poeta de nemoribus vel hortis, quos divites in urbe apud ædes habebant.

— 23. Apicius scientiam popinæ professus disciplina sua seculum infecit..... Quum sestertium millies in culinam congessisset,..... ære alieno oppressus rationes suas... inspexit; superfuturum sibi sestertium centies computavit et velut in ultima fame victurus, si in sestertio centies vixisset, veneno vitam finivit. Senecn. Cons. ad Helv.

— 24. E libro papyri vestem texunt. Plin. H. N.

— 27. Apulia deserta magna habebat. Cfr. Cic. ad Att. VIII 3, 4, Sen. Ep. 87, § 6.

— 32. *princ. equ.* præfectus prætorio.

— 34. *lic. et con.* Non opus est surgere, quasi grande carmen sit cantandum.

— 57. *sper.* Cfr. Cic ad Fam. XVI, II, § 1: quum in quartanam conversa est vis morbi,... spero te diligentia adhibita etiam firmiorem fore.

— 59. Austro spirante facile obsonia corrumpebantur. Cfr. Hor. Sat. II, 2, 41.

— 61. *Minorem.* Major enim Romæ colebatur.

— 70. Laude, quamvis falsa, intumescebat imperator. Schol.

— 87, 8. *nimb. vere*, Virg. Georg. 1, 313: imbriferum ver.

— 99. sqq. Acilius Glabrio, ut Domitiani animum sibi conciliaret, cum feris in circo pugnait, sed hæc res nihil ei profuit, quum, quo consilio id fecisset, facile imperator intelligeret.

— 105. Rubrius Juliam, Titi filiam, in pueritia corruperat et ob eam rem, ne puniretur, timebat.

— 106. Verisimile est, poetam hoc versu Neronem petere.

— 116. *a ponte*, infimi homines in ponte stipem petebant.

— 121. *Cilicis*, gladiatoris cujusdam.

— 122. Pegma a erant tabulata, quæ arte occulta in altum tollebantur una cum hominibus, qui in iis erant.

— 138. *aliam famem*, vel nimia perpotatione vel vomitoriis sumptis excitatam.

— 153. Domitianus interfectus est a vilissimis quibusdam hominibus, qui sibi metuere coeperant.

— 154. In iis, qui a Domitiano interemti sunt, fuit Aelius Lamia, senator nobilssimus.

DEC 27 1917